

## V S V S.

Exemplo Christi Ecclesiæ pastoribus licet adversus obtrectatores se defendere.

III. Confirmatio à minori: *Quid est facilius, &c.* Ita autem argumentatur.

Si penes me est sanare propria autoritate hominem Paralyticum, atq; uno verbo, penes me etiam erit potestas à peccatis absolvendi.

Sed verum prius,  
Ergo & posterius.

## V S V S.

Exemplo CHRISTI Ecclesiæ pastores <sup>2.Tim:2</sup> sunt patientes, & cum modestiâ corripi-  
entes eos, qui resistunt veritati.

IV. Confirmatio sive Syllogismi prin-  
cipalis, realis probatio: *Vt autem  
sciatis, &c.*

## V S V S.

Notatu dignus est finis miraculorum, qui est confirmatio fidei. Discamus etiam Filium hominis habere potestatem remittendi peccata, id est, Christum non solum quatenus DEI, sed etiam quatenus Filius hominis est.

(Est autem Filius hominis secundum carnem, Filius autem DEI secundum Spiritum...) idq; ipsi per communicatio- <sup>Rom: 8:16</sup>  
nem idiomatum, quæ realis est, contingit.

S 3

V. Effe-